

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9707

**Auteur(s) :** Onfroi, fils de Roger fils de Garin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1168...

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Onfroi, fils de Roger fils de Garin, confirme aux moines de Saint-André-en-Gouffern les donations et concessions de terres faite par son grand-père Robert fils de Gel de Bretteville à Bretteville[-le-Rabet] et concède tous les donations faites par ses hommes de Bretteville[-le-Rabet].

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6577.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 59-64, p. 416.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Le parchemin est déchiré à droite. Le texte de la partie perdue peut être restitué grâce à la charte de Robert de Bretteville, grand-père de l'auteur de cet acte, ainsi que la charte de Robert de Montfort de 1168 confirmant l'acte de Robert de Bretteville (Arch. dép. Calvados, H 6577 : SCTRIPTA 9708). D'après les contenus des donations décrits par ces actes, on peut identifier ce Robert de Bretteville à Robert fils de Gel de Bretteville évoqué par le présent acte.

Texte d'après A

Universis Sancte Ecclesie filiis, Unfridus filius Rogerii filii Garini, salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod [ego Un]fridus filius Rogerii filii Garini dedi et concessi monachis Sancti Andree in perpetuam elemosinam, liberas et omnino quietas ab omni servitio et exigentia, omnes donationes et concessionem omnium terrarum quas Robertus filius Gele de Britevilla avus meus eisdem monachis dedit et concessit de proprio dominio suo in territorio de Britevilla et concessi omnes donationes quas mei homines de Britevilla in eisdem territoriis eisdem monachis dederunt et concesserunt, videlicet totam illam terram Gisleberti sacerdote que est inter cheminum calceium et Chasteleth ipso tunc Gisleberto sacerdote donante et concedente, et totam culturam Boterel quam Willelmus Tanethin de eodem Roberto tenebat eodem Willelmo Tanethin don[ante] et concedente, homines autem Roberti avi mei de Britevilla ipso concedente et Rogerio filio Garini patre meo similiter concedente d[e terr]is propriis eisdem monachis dederunt, hec que subjecta sunt : Robertus Rabel et filius ejus de feodo suo

dederunt .X. acras ; Bernardus [Rabel et] filii ejus .III. acras ; Osbernus Parvus et Radulfus Ferron .III. acras et dimidiam ad Buschet ; Unfridus filius Huismelini et Erme[ngart ejus uxor] de feodo suo unum campum circa unam acram habentem ; Manesserus Aguilon .III. acras. Idem etiam Manesserus dedit et concessit ei[sdem] monachis de terra sua de Britevilla .X. acras in perpetuam elemosinam habendas, pro quibus Robertus de Britevilla avus meus concess[it ei] terram de Tornorio que sui juris erat, pro qua donatione et compositione idem Robertus avus meus dedit Rogerio filio Garini patri meo et matri mee, michi que et fratribus meis ut hoc concedentur .CCC. solidos Andegavensium. Idem vero Manesserus et idem Rogerius et Robertus fra[ter] meus hanc compositionem tenendam et conservandam fide pactionaverunt : Rannulfus filius Hugonis .III. virgatas ; Radulfus Burnus .III. virgatas ; Ansgotus, dimidiam acram, que vergit super cheminum calceium et tres filii ejus concesserunt ; Ansketillus Aquenel .III. virgatas ; Rogerius Jumel et Doum frater ejus .I. acram et dimidiam ; Gaufridus Lefranceis et Odelina mater ejus et Rogerius de Bonchoteria gener ejus .III. virgata ; Willelmus Rabel de Choloniis dimidiam acram Roberto Paisant concedente ; Bernardus Aquenel et Lambertus filius dimidiam acram, Ansgoto socero ejusdem Bernardi et sorore sua concedentibus quia in dotem ei illam terram dederat ; Bernardus Rabel et Manesserus socer suus .I. virgatam et dim[i]diam ; Unfridus de Stratis .I. acram de feodo suo de Britevilla uxore sua concedente. Hanc vero donationem Unfridi post mortem ejus Rogerius [Pa]tric filius ejus eisdem monachis concessit et alteram acram de eodem feodo eisdem dedit et concessit Bernardus Rufus dimidiam acram. Si vero processu [tem]poris evenerit, ut aliquid de feodis de quibus monachi elemosinas habent in proprium dominium meum vel successorum meorum veniat, propter hoc non [amit]tent aliquid de elemosinis suis, sed omnia libera et quieta in perpetuum possidebunt. Has omnes donationes et concessiones liberas et quietas [ab omni]bus et talliatis et exgentiis concedo et ut futuris temporibus rata permaneant et inconcussa, presentis sigilli mei munimine [con]firmo. Testibus his, Hugone canonico de Plessecio, Willelmo clerico de Nemes, Ranulfo templario, Gellentio de Grasmainsnil, Roberto de Mu[...], Willelmo Random, Roberto de Breex, Hugnot filio Ansketilli, Roberto cementario de Vilers, Osberno de Corcellis, Odone filio Vitalis, Ricard[o ... ], Roberti filii Gunfridi, Tustino de Ponte, Ricardo Rabel, Radulfo Calvin, Rogerio Jumel, Radulfo filio Odeline, Ansketillo Aquenel, et Bernardo fratre ejus et aliis pluribus.